



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De Diuinatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

tiescumque ergo aliquis hanc artem exercet, saltem implicitè; habet pactum cum dæmone, & illum colit, & sic peccat contra Religionem ex hoc capite, & est suspectus de hæresi, vel de apostasia: solet enim dæmon hoc exigere à suis discipulis. De Magia agunt Snarius loc. cit. à cap. 15. Fillius. loc. cit. cap. 7. Tolet. loc. cit.

De Diuinatione.

7 **A**lia species huius falsi cultus consistit in Diuinatione, quæ est secunda species Superstitionis. Est autem Diuinatio, prout sumitur à Casistis, cùm quis ope dæmonis, & arte illicita ab eodem tradita, vult scire ea, quæ naturaliter scire non potest, siue absolute, siue hic, & nunc: & sic etiam includitur pactum, saltem implicitum cum dæmons, & eius cultus. Quæ occulta aliquando dæmon verè scire potest: quod si non potest; mentitur, & decipit: & quia hæc ars diuinandi varijs modis, & veluti medijs fieri solet; hinc ex diuersitate mediorum sortita, est varia nomina:

na: nam potest esse per fictas apparētias,
 & figurās in oculis ; & dicitur Praeſti-
 gium: vel per ſomnia: & dicitur Diuina-
 tio per ſomnia: aliquādo per fictas mor-
 tuorum fuſcitations; & dicitur Necro-
 mantia, vel per ſtatuaſ; & dicitur Geo-
 mantia: vel per figurās apparentes ina-
 quis, vel in aëre, vel in igne; & dicitur
 Hydromantia, Aëromantia, Pyroman-
 tia, vel per interiora animalium; & dici-
 tur Aruſpiciuſ. His ergo, & ſimiliibus
 modis velle aduertenter ſcire res occul-
 tas; eſt peccatum mortale , & pactum
 cum dæmonē.

8. Extenditur etiam hoc peccatum
 diainationis, cūm aliquis, ex iphis rebus
 mērē naturalibus, vult ſcire ea, quā non
 poffunt ex talibus rebus ſciri. Undē etiā
 hic intercedit aliquod implicitum pa-
 ctum cum dæmonē: vt ſi velit hæc ſci-
 re, & prænunciare ex ſitu aſtrorum, &
 garritu auium, & animalium: ex volatu
 carumdem auium: ex verbis caſu ab ali-
 quo prolatiſ: ex ſignis, & lineis in manu,
 aut corpore humano. Quibus correfpō-
 det Astrologia iudicaria in ijs, in quib.
 eſt prohibita, Auguriuſ, Auspiciuſ,

Omede-

Omen , & Chiromantia : his additur Sortilegium per sortes diuinatorias , ad diuinandas scilicet res occultas , quibus maximè uti solent Mahometani : nam sortes diuisoriæ , quibus aliquæ res diuiduntur in plures ; non sunt per se illicitæ præcisè : nec sortes consultoriæ , quando subest rationabilis cauſa , & expeſtatur à Deo humiliter electio , cùm aliter fieri commodè nequeat . Agunt de Diuinatione Suar . loc . cit . cap . 7 . &c . Filliae . loc . cit . à cap . 3 . Azor . tom . 1 . lib . 9 . à cap . 12 . Sanc . in sum . to . 1 . l . 2 . à . cap . 38 .

De Vana Obſeruantia .

Tertia species ſuperitionis dici ſolet Vana obſeruantia , quæ conſiftit in hoc : quando ſcilicet ſperatur aliquis effectus , alioqui etiam bonus , per media ; quæ videntur eſſe licita , & religiosa ; ſed tamen non ſunt ad illum effectum ſufficientia : & ſic ſaltem tacite immiſcetur commercium , & pactum aliquod cum dæmonē , & eius cultus : nā dæmon , etiam per res ipſas alioqui ſanctas , conatur hominem decipere , & ſibi coniungere . Hoc autem hiſ communiter

I

modis